

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo octavo, indictione sexta, vi. idus iulii, regnante Frederico invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, anno regni eius vii, imperii vero quarto; actum super Mintium fluvium inter Voltam et Valez; in nomine domini feliciter amen.

5

289.

Kaiser Friedrich I. bestätigt der Kirche der heil. Maria und Michael zu Weißenfels die Güterschenkung des Markgrafen Dietrich, bestehend in den Besitzungen weiland Rotlins zu Lissa und Kattersnaundorf. Roncalia, 1158 Nov. 24.

Hdschr.: *Transsumpt der Aebtissin Reyna vom Kloster Weißenfels von 1457 Dez. 17. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 64.*

10

Gedr.: *Stumpf, Reichskanzler, Acta imperii, 170 (sehr fehlerhaft). Stumpf 3823.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Fredericus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus. Omnium fidelium imperii nostri preces iuste semper admittende sunt in hiis^{a)} precipue negociis exaudiende, in quibus pie earum devocio et sancte ecclesie dei et imperii nostri subservit honori. Ea propter marchio Theodericus de Lusicz piam devocionem benignus favore prosequens possessiones, mansus, decimam, quas bone memorie Rotlin liberas et exemptas et ab omni exactione temporalibus principum, potestatum, ducum, marchionum, quoruncumque fasallorum excogitatorum^{b)} vel excogitandorum^{c)}, quibuscumque censeantur nominibus et iuribus^{d)}, laycalis veluti dictus Rotlin premencionata possessiones, mansus et bona libere, pure et simpliciter ad longeva^{e)} libere et exempte possedit tempora, in villa nomine Lisszow^{f)} contribuit et dedit ad honorem dei sueque genitricis virginis Marie et archangelo sancti Michaheli legavit in anime sue remedium et omnium suorum progenitorum ecclesiam, quam^{g)} construxit, sub nostra tuicione recipimus, ne quis prescriptas possessiones, mansus et bona invadere, molestare, gravare ac alienare quoquo^{h)} modo presumat, privilegii nostri imperialis ac anathematis attestacione presencium per tenorem comunimus et corroboramus. Sunt autem possessiones in villa Lisszow^{f)} tres mansi cum una curia habitacionis libera, quam plebanus dicte ecclesie inhabitat; villa, que vocatur Kattersnyendorp tota cum silvis et agris XIX mansorum terre arabilis cum tritico frumento et puleisⁱ⁾ cum omni utilitati et iure, quam predictus Rotlin primo constructam permissione et mandato Lotheri imperatoris et marchionum ipsius terre eisdem parrochie et ecclesie^{k)} legavit et donavit; novale^{l)} iuxta collem Gropcz, quem ex uno latere regia strata, ex altera via, que ducit de Zewochow ad stratam, ex tercio latere via, que ducit de Colow ad stratam, includunt. Hec et quecumque alia bona predicte ecclesie a fidelibus collata fuerunt, ab omni invasione et violencia libera et segura et exempta manere sub vinculo imperialis culminis precipimus et mandamus addentes, ut, si quis ausu temerario aliquid possessioni predicte ecclesie attemptare presumpserit, centum libras puri auri componat, medietatem camere nostre et

289. a) hys. b) excogitarum. c) excogitandarum. d) iuris. e) longevia. f) lisow. g) que. h) quoque. i) pull. k) eisdem — ecclesie Rasur. l) Novalem.